

# Liber

enim nesciunt quod fuerat creator. Quia ergo sciuit creavit: non quia creavit sciuit. Nec aliter ea sciuit creata: quod creanda. Non enim est sapientie aliquid accessit ex eis: sed illis existentibus sicut oportebat et quando oportebat: illa mansit ut erat. Ita et scriptum est in libro ecclastico.

**Ecclesiastico.** Ante quod crearent omnia nota sunt illi. Sic et postea consummata sunt. Sic inquit non aliter: et ante quod crearent: et postea consummata sunt: sic ei nota sunt. Longe est ergo huic scientie: scientia nostra dissimilis. Que autem scientia deit: ipsa et sapientia: et que sapientia: ipsa essentia sive substantia. quod in illius naturae simplicitate mirabilis: non est aliud sapere quod esse: sed quod est sapere: hoc est et esse: sicut et in superioribus libris sepe iam diximus. Nostra vero scientia in rebus plurimis propria et amissibilis est et receptibilis: quia non hoc est nobis esse quod scire vel sapere: quoniam esse possumus: etiam si nesciamus: neque sapiamus ea quod aliunde didicimus. Propter hoc sicut nostra scientia illi scientie dei: sic et non in verbo quod nascitur de nostra scientia dissimile est illi verbo dei: quod natum est de patris essentia. Tale est autem ac si diceremus: de patris scientia: de patris sapientia: vel quod est expressius de patre scientia: de patre sapientia.

De similitudine et qualitate prius dei et unigeniti eius consubstantialis et coeterni.

## Capitulum XIII.

**V**erbum ergo dei patris unigenitus dei filius: per omnia patris similis et equalis: deus deo. lumen de lumine. sapientia de sapientia. essentia de essentia. est hoc omnino quod pater. non tamen pater: quia iste filius: ille pater. Ac per hoc nouit omnia quod nouit pater: sed ei nos de patre est sicut esse. Nosce enim et esse illi unum est. Et ideo patre sicut esse non est a filio: ita nec nosse. Proutque tanquam seipsum dicens: pater genuit verbum sibi equale per omnia. Non enim seipsum integre perfekte quod dixisset: si aliquid minus: aut amplius esset in eius verbo quod in ipso. Ibi summe illud agnoscitur: est est: non non. et ideo verbum hoc vere veritas est: quoniam quicquid est in ea scientia de qua genitum est: et in ipso est. Quod autem in ea non est: nec in ipso est. Et falsum habere aliquid hoc verbum nunquam potest: quia immutabiliter sic se habet ut se habet de quod est. Non enim potest filius a seipso facere quicquam nisi quod viderit patrem facientem: potenter hoc non potest: nec est infirmitas ista: sed firmitas qua falsa esse non potest veritas. Mox itaque omnia deus pater in seipso: nouit in filio. Sed in

seipso tanquam seipsum: in filio tanquam verbum suum quod est de his omnibus quod sunt in seipso. Omnia similiter nouit et filius: in se scilicet tanquam ea que nata sunt: de his que pater nouit in se ipso. In patre autem tanquam ea de quibus nata sunt que ipse filius nouit in seipso. Sciunt ergo in unicem pater et filius: sed ille gignendo: ille ascendendo. Et omnia quod sunt in eorum scientia: in eorum sapientia: in eorum essentia. unusquisque eorum simul videt: non particulatim: aut singulatum velut alternante prospectu: huic illuc: et inde huc et rursus inde vel inde in aliud atque aliud: ut a liqua videre non possit nisi non videns alia: sed ut dixi simul omnia videt: quorum nullum est quod non semper videt. Verbum autem nostrum illud quod non habet sonum neque cogitationem soni: sed eius rei quam videndo invenimus et ideo nullius lingue est: atque inde ut cuncti simile est: in hoc enigmate illi verbo dei quod etiam deus est quoniam sic et hoc de nostra nascitur quoadmodum et illud de scientia patris natum est. Nostrum ergo tale verbum quod inuenimus esse ut cuncti illi simile quantum sit etiam dissimile: sic a nobis dici potuerit: non pugeat intueri. Dissimile sit verbum nostrum mutabile a verbo dei incommutabili et eterno.

## Capitulum XV.

Unquid verbum nostrum de sola scientia nostra nascitur? Nonne multa dicimus etiam quod nescimus? Nec dubitantes ea dicimus: sed vera esse arbitrates: quod forte si vera sunt: in ipsis rebus de quibus loquimur non in verbo nostro vera sunt: quia verbum verum non est nisi quod de re quod scitur gignit. Falsum est ergo isto modo verbum nostrum: non cum mentimur: sed cum fallimur. Cum autem dubitamus: nondum est verbum de re de qua dubitamus: sed de ipsa dubitatione verbum est. Quomodo enim non nouerimus an verum sit unde dubitamus: tam dubitare nos nouimus: ac si hoc cum hoc dicimus: verum verbum est: quoniam quod nouimus dicimus. Quid quod etiam mentiri possumus? Quod cum scimus: utique volentes et scientes falsum verbum habemus: ubi verum verbum est: metiri nos hoc enim scimus. Et cum mentitos nos esse contitemur: verum dicimus: quod scimus enim dicimus. Scimus namque nos esse mentitos. Verbum autem illud quod est deus et potentius est nobis: hoc non potest. Non enim potest facere quicquam: nisi quod viderit patrem facientem: et non a seipso loquitur: sed a patre illi est omne quod loquitur: cum ipsum pater uincere loquitur: et magna illius verbi potentia est: non posse mentiri: quia non potest esse illud est: et non: sed est est: non non. At